Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancti Sauini episopie mense december die VII.

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

crone · uoce delicata dixit · Praemisisti me beatissime tirse sequere cito ut ambos accipiant una die regna caelorum · Tirsum autem baudus iussit in eculea constringi · & per duas serra media diuidi pastes uitalio et sabino sectoribus · Nouem exemptae sunt horę · & nec capillum quidem martiris serra diuisit · Tirsus in caelum oculos figens · euangelicum in me pater dicit uideo fuisse completum · quia capillus de capite meo sine tua uoluntate non esset casurus · Iam fessus ieiunium & labori sectores reddiderat · Uitalius sabino dicebat · Duc serram sauine · exemptus est dies · et in casum exercemus laborem · Sabinus uitalio respondebat · Si me non debilem redderet labor sine fructu · ostenderem tibi brachia mea · Interea baudum debita subsequitur poena · Nam quaecumque ingenti ululatu flagris per membra diuisus · et omnia quae in martirem intulerat perpessus genera tormentorum · tales conclamat uoces · Succurrat tua clementia domine · si martirem cognoscerem · olim suspenderem manus · sed reddar suplicis et faciam satis · Aut si nec hoc meritum exigi · tamen citius a terra suscipiar · nec ludibriosus habear uiuis · Inter has lacrimosas uoces · ante uitam caruit quam pestem · Continuo miscetur murmure caelum · & uox de nube facta est dicens · Intra tirse in gaudium domini tui · fortem athletam palma sequitur uictoriae de diabolo triumphato · mecum eris hodie in paradiso · Continuo martir exutus terrena corporis ueste inlibatum · deo tradidit spiritum ·

Mox sanctum corpus luminarib. praeeuntibus et omnia solemniter in deductione martiris celebrata · aduenientе caesario episcopo & laudocio presbitero feretrum comitantibus sepulchrum accepit · ubi magnae fiunt uirtutes · et omnium curantur aegritudines · cuius cineres apud grecia latent · et ubique beneficia parent · Illum autem sanctitas non sequitur · cuius fides nulla praecesserit · Cuius autem in pleno reperta fuerit fides · repostat praemium cum laude eundem dominum dicens · Cui est honor et gloria in saecula saeculorum · Amen ·

EXPLICIT · PASSIO · SCORUM · LEUCI · TYRSI · ET GALENICI ·

INCIPIT · PASSIO · SCI · SAUINI · EPISCOPI · MENSE · DECEMBR · DIE · VII ·

xlvii · M

Maximiano augusto quinto decimo kl maias in circo maximo ueneto uicente pars maior populi clamabat dicens · Xpiani tollantur · & uoluptas constat · Dictum est duodecies · per caput augusti xpiani non sint · & spectantes uero hermogenianum prefectum urbis · Item clamauerunt decies · sic augustus uincat · uoces nostras ad perfectum & quire · Tunc hermogenianus prefectus urbis · intimauit uoces paganorum augusto · Eodem tempore augustus maximianus iussit ut in capitolium omnes conuenirent · & conuentus factus est in capitolio decimo kl maias · Innumerabilis uero multitudo populi aduenit · Hoc itaque adloquitur augustus ad populum dicens · Uiri coetus & religiosi temporum nostrorum · dignum nobis uidetur ut intimatione uestra religio temporum nostrorum augeatur · Tamen patres conscripti concedimus facultatem · ut ubicumque ubi inuenti fuerint xpiani · teneantur a prefecto nostro urbis uel ab officio eius · & sacrificent diis · & discesserunt omnes una uoce dicentes · Auguste tu uincas · & tecum dii floreant · Quo audito · uenit quidam ad prefectum urbis hermogenianum dicens ei · Est quidam episcopus qui cottidie conuenticula cum xpianis facit · & libros exponit seducens populum · Cumque haec audisset hermogenianus prefectus urbis · continuo renuntiauit haec augusto maximiano dicens ei · Est quidam episcopus qui remouit populum ne sacrificent diis nostris · Tunc maximianus augustus gaudio repletus atque auctoritate · iussit dirigi ad quendam uenustianum augustalem tusciae dicens · Uictor maximianus augustus triumphator perpetuus imperator · patri uenustiano augustali tusciae · Suggestionem patris nostri hermogeniani prefecti urbis apud nos claruisse cognosce · quia iuste petitio occultari non debet · ut seculum nostrum nostraque prouulgatio laedatur · Ideoque commonemus

Regnante

[illegible]

ut ubicumq; xpianum nomen auditum fuerit. sup
stitionem colentes. aut sacrificare cogantur
diis. aut certe poenis intereant. facultatibusq;
nudati. fiscum tributis adplicandis socientur.
Uale pares. data pri kt maias. Eodem tem
pore uenustianus augustalis tusciae. coepit
curiose requirere si alicubi occultum xpianum
inueniret. & diuulgatus est ei sauinus eps uir elo
quentissimus. & delimato sermone clarus.
in omnib; diuinis instructionib; gratia dni
ihu xpi repletus. mittens ergo milites. tenuit
eum in ciuitatem asisinatim. & in eodem loco
custodia mancipauit. cum duob; diaconibus.
id est marcello. & exuperantio. & multis clere
cis cum eis. Alia autem die uenit asisium. Pos
ea uero iussit sibi uenustianus uir clarissimus
tribunal parari in medio foro. & ita factum est.
Tunc oblatus est ei sauinus eps cum duobus dia
conib; suis. Quem ita adgreditur uenustianus
dicens ei. Designa nobis nomen tuum. Dicit ei
eps. peccator sauinus uocor. gratia dni nri ihu
repletus. Dicit uenustianus uir clarissimus
augustalis tusciae ad sem sauinum epm. seruus
es aut liber dicito mihi. sauinus eps dixit. ser
uus sum xpi. liberatus a diaboli seruitute.
Uenustianus uir clarissimus augustalis tusciae
dixit. Quo honore fungeris? Sauinus eps dixit.
Nos peccatores non meriti officio fungimur no
mine episcopatus. Uenustianus uir clarissi
mus augustalis tusciae dixit. Hi duo quo hono
re funguntur? Sauinus eps dixit. Diaconi
mei sunt. Uenustianus uir clarissimus dixit
contra sauinum epm. Quae tibi auctoritas
prestat numinen. ut doctrinas occulte facias
& doceas populum. ut derelinquant deos & se
quantur hominem mortuum? Sauinus
eps dixit. Tamen est in cognitione tua. quia
mortuus est dns nr ihs xps? Uenustianus
uir clarissimus dixit. & uere occisus & sepul
tus? Sauinus eps dixit. quia tertia die resur
rexit non scis. quod tamen integre cognoscere
debes. Uenustianus uir clarissimus dixit. Elege tibi
de duobus unum. aut sacrifica diis & uiue. aut certe
tormentis quibus dignus es necaberis. & resurge sicut
dns tuus xps. Respondit uero sauinus eps dixit.
& ego hoc desidero necari & mori. ut resurgam sicut
dns meus ihs xps. Uenustianus uir clarissimus dixit
Consule tibi & pollicere te diis sacrificare & uiue.
sauinus eps dixit. si cognosceres ueritatem. non
blasphemiam proferres ex ore tuo. sed humilia
res te do patri omnipotenti. & xpo ihu filio eius
& spu sco qui mortem captiuauit & uitam donauit.
qui pedibus mare ambulauit & quiei imperauit
& cessauit a bi tra sua. qui credentes in se resuscitat
in die magno & terribili aduentus sui. Dicito mihi
si iustum est ut derelinquam creatorem celi & terrae
& adorem ligna & lapides & aeramenta. aurum uel
argentum simulacra muta & surda. qui nec sibi
auxiliantur nec aliis sed potius eos qui illis credunt
in perditionem mittuntur. simulacra demonum
sunt uana & surda. muta & sine sensu. Uenustia
nus uir clarissimus dixit. Ergo non sunt dii
gubernatores rei publicae? Scs sauinus eps dixit.
Non sunt dii sed sunt demones. qui destruunt rem
publicam uestram. seducit eus quia nihil boni est
colere demonia. deseruatur in ecclesia tua. Tunc ue
nustianus uir clarissimus deum suum quem habebat
in cubiculo suo ubicumq; mansisset & iubebat adduci
in medio. qui erat mire facture & lapide coralite
iouis. & uestimenta eius deaurata erant. Qui cum
adductus fuisset & cum lampadib; & uociferationib;
in manib;. Uenustianus uir clarissimus dixit.
Ecce propitiatores nri. Tunc subridens scs sau
nus eps dixit. O uana instantia ut dimittatur ds
creator omnium. & colatur lapis sordidissimus.
Uenustianus uir clarissimus dixit. Ergo non sunt
dii? Scs sauinus eps dixit. Non. seductus quia non
sunt dii. dimitte me facere quod uolo. & modo uides.
Uenustianus uir clarissimus dixit. si presumis fac quod
uis. Tunc beatus sauinus eps accepto iouem in manib;
suis oratione facta. continuo elisit eum in pauimento.
& confregit deum iouem. Hoc uidens uenustianus

marcell. & exupe
rantio.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

uir clarissimus. tutudit cum furore frontem
suam dicens. Peribimus nos & res publica obscura
ta est. & iussit cum furore. ut manus eius absci de
rentur. Ipse uero uociferans clamabat dicens.
sacrilegum sabinum qui per pertinaciã suam con
fregit dm̃ nr̃m iouem. omnibus presentibus
truncari precipio. Eadem uero hora precisę sunt
ambę manus eius. & cum hoc factum fuisset. coeper
marcellus & exuperantius diutissime timere. &
trepidare diaconi sc̃i sabini. Eadem uero hora bea
tus sabinus eps̃ manib; precisis confortare cepit
diaconos suos. exuperantium & marcellum. dices
eis. filii carissimi & fratres mei. nolite timere mi
nas diabuli. sed confidite in dño ihu xp̃o. qui fide
libus suis dat coronam. & uitam aeternam.
Exuperantius autem & marcellus accepta fiducia.
ceperunt clamare una uoce pariter dicentes. pere
ant dii demoniorum. & leteti cor querenti um dñm.
Tunc uenustialis augustalis uir clarissimus eadem
hora collegit fragmenta dei sui iouis in linteamini b;
& collocauit in capsa argentea. & misit in domum
suam. & iracundia plenus. iussit in conspectu suo
marcellum & exuperantium in aculeo suspendi.
presente sc̃o sabino ep̃o. dicens eis. sacrificate diis.
aut certe penis interibitis. Respondens autem
scs̃ sabinus. dixit ad diaconos suos. filii dulcissimi
constantes estote animo & corde. & nolite time
re terrorem inimici. Respondit marcellus
& dixit. Nos semel nos ipsos optulimus dõ sacrifici
um. qui aliquid respondere non habemus. nisi ut
peccatis nr̃is ignoscat ds̃. quia ea quę patimur.
secundum peccata nr̃a patimur. Nam diabulo
locum nondam; nec obedimus ei quia fallax est. & non
dabit uitam sed mortem. Uenustianus uir clarissim; dixit.
Macerate eos fustib; in conspectu sabini. qui manib;
pullutis confregit deum nostrum iouem. & cum diu
cęderentur. clamabant uocib; magnis dicentes. Glo
ria tibi dñe ihu xp̃e bone. quia meruimus introire
in requiem tuam. & dum clamarent ambo pariter
dicit ad eos uenustianus uir clarissim; augustalis tuscię.
Iam deponite mentes sacrilegas. & adorate deos ut

fide armati

non pereatis. Illi autem clamantes dixerunt. Nos
in nomine dñi nr̃i ihũ xp̃i renouati sumus. Uenus
tianus uir clarissimus augustalis tuscię dixit. Modo
uos ego renouabo. & iussit ut ungulibus raderentur
latera eorum. & ignem supponi iussit. Qui dum diu
ignem ad latera eorum ponerent. subito ambo exspi
rauerunt. Quorum corpora iactari precepit in flu
uium. sabinum uero ep̃m truncum retrudi in car
cerem mancipauit. Audiens uero hoc quidam pisca
tor & pr̃br. collegerunt corpora scõrum martyrũ
exuperanti & marcelli. & sepelierunt eos iuxta ciuitatem
sub die pridie kl̃ iu marum. Post dies uero sex. audi
ens hec quedam matrona nomine serena de ciuitate
spoletina. que erat uidua annis triginta unum. xp̃ia
nissima & timens dñm. Orationibus ieiuniis & ele
mosinis uacans. Hęc ueniebat noctu ad sc̃m sabinũ
ep̃m. & curam ei faciens. pedes eius amplexabatur
& osculabatur eos. Hęc collegens manus beati sa
bini ep̃i in domum suam & collocauit eas in dole
olo uitreolo cum aromatib; condiuit. quas die
noctuq; tangens in oculos suos ponebat. Ipso
autem tempore. dixit ad sc̃m sabinum ep̃m
cecum nepotem suum quem unice dilegebat.
In quo medici omnem artem medicinę exercue
runt & non potuerunt eum curare. presenta
tumq; sc̃o sabino ep̃o. dixit ad eum serena.
Domine meus per xp̃m te coniuro in quem cre
disti. & ego in eius uirtutem credo. ut ponas
ulnas tuas sup famulum tuum hunc. & ores dñm celi
& terrę. creatorem omnium. & credo quia inlumi
nabitur. Tunc scs̃ sabinus eps̃. posuit truncos
suos sup oculos ceci. & cepit cum lacrimis dicere.
Dne ds̃ omnium rerum creator & misericors. fac
uoluntatem bonam sperantib; in te. & genua flexo
cum fletu hoc dicebat. Dne ds̃ propitius esto mihi
peccatori. te inuocanti. qui inlumenes uerum. in
lumina sperantes in te. quia nos non sumus digni
qui relicti sumus in peccatis nr̃is. in te sperant
seruitui in lumina tenebras nr̃as. quia tu es lu
men ueritatis & uitę. & tu dixisti dñe quecumq;
petieritis in nomine meo accipietis. pono nunc

at pbr piscator i. sesti tus fungens

ihm xpm & spm scm. qui tecum uiuit & regnat in
secula seculorum. & cum respondissent omnes. Amen.
posuit scs sauinus truncos suos sup oculos ceci dicens.
Aperiat tibi oculos qui aperuit mare & induxit fi
lios isrl per medium eius. Ipse introducat lumen
in oculos tuos. ut cognoscant omnes gentes quia
ipse est creator omnium uisibilium. & quia ipse (inuisibilium)
est qui nato ceco oculos aperuit. Tunc aperti sunt
oculi prisciani nepotis serene. & uiderunt omnes
qui erant in custodia mirabilia dī que p scm sauii
num epm dns ihs xps fecit. & miserunt se ad pe
des sci sauini. & rogantes eum dicebant sco epo ut
baptizaret & eos. & baptizati sunt eadem hora nu
mero undecim. Hoc autem factum non potuit
occultari quia cecus inluminatus fuerat p scm
sauinum epm. Post aliquos uero triginta dies in
doluerunt oculi uenustiano uiro clarissimo pre
sidi tuscie. & propter nimium dolorem nec cibum
nec somnum potuit percipere. Ita ut nullus me
dicorum dolorem mitigare potuisset. Eodem
tempore nuntiatum est uenustiano uiro claris
simo presidi tuscie quod scs sauinus eps inlumi
nasset cecum. & misit uxorem suam & duos filios
suos. & cum grandi gloria rogauit scm sauinu
epm. At ubi dictum est sco sauino epo in carcere (uenire)
dixit. Gloria tibi dne quia dignatus es me uocare
inter seruos tuos. & perrexit ad domum uenustia
ni uiri clarissimi. Tunc leuauerunt eum in manib;
& proiecerunt eum ante pedes sci sauini epi. quem ut
uidit scs sauinus lacrimabiliter dixit uoce clara.
Inluminat te xps. qui cecum natum inluminauit. Re
spondit uenustianus cum uxore sua & filiis cum fle
tu & dicebant. peccauimus in mundo isto. Respondit
scs sauinus eps & dixit. si credis & toto corde tuo. &
penitentiam agis. omnia ministrabuntur credenti.
deferantur huc fragmenta simulacri. & statim
ut imperauit scs sauinus. protinus adducta sunt.
ante conspectum eius. Quae cum uidisset omnia
iussit comminui. & proiecit in fluuium. Urguebat
autem uenustianus doloribus. Dicit ei scs sauinus.
Credis & toto corde tuo. Respondit uenustianus. Ego credo.

sed peccatum meum quod ante feceram. ipsum mihi cru
ciatum ostendit. Respondit scs sauinus & dixit ei. mi
mihi delicta hoc fecerunt. tu uero innocens monstraberis.
& hoc te commoneo ut peniteaaris. & credas in dnm ihm
xpm. & baptismum percipias & saluus eris. & uitam
aeternam consequeris. Uenustianus uir clarissi
mus dixit ei. Baptiza me in nomine dni mei ihu xpi.
ut percipiam promissa tua. Tunc scs sauinus eps genib;
positis orauit. & manib; abscisis catecizauit eum cum
uxore & filiis. & accepta aqua baptizauit eos dicens.
Credis in dnm patrem omnipotentem. Respondit uenustianus credo.
& in ihm xpm filium eius. Respondit credo. & in spm
scm. Ille respondit credo. & in eum qui passus est
& resurrexit. Respondit uenustianus credo. & eum
qui ascendit in celis. & iterum uenturus est iudica
re uiuos & mortuos & sclm per ignem. dixit credo.
& in aduentum ipsius & regnum ei in remissione pecca
torum & carnis resurrectione. Uenustianus respondit credo
xpm di filium qui me inluminat. Eadem uero hora leua
uit de pelue aquam & oculi uenustiani. Ita ut nullum dolorem
p baptismum pateretur. Tenens uero pedes sci
sauini epi lacrimis rigauit dicens. Ora dnm nrm ihm
xpm ut dimittat mihi quod ante feceram. Respondit
scs sauinus dixit. Ego fili propter infelicitatem peccator
meorum omnia hec pertuli. Tu enim nihil in me nihil peccasti.
& habitauerunt simul. Hoc autem nuntiatum est max
imiano augusto quod uenustianus baptizatus est. & iratus
misit tribunum suum & scriptionem simul. & damna
ri precepit sauinum & ipsum uenustianum augustalem
tuscie capite truncari iussit. Ueniens autem lucius tribunus
& sine audicione ipsum uenustianum augustalem tuscie.
cum uxore & filiis capite truncauit. In ciuitate assisinatem
Quorum corpora absconsa sacerdotes christiani quemuisqua potuerunt
inuenire. Eodem uero tempore tenuit scm sauinu epm.
& adduxit eum in ciuitatem spoletinam. & sine audicione
tam diu precepit cedi quousque deficeret. Qui cum diu cederetur
emisit spm. Cuius corpus collegit quedam matrona serena
quem ante ei in Ioviano collegerat & unxit ea cum corpore
& sepeliuit eum miliario a ciuitate spoletina plus minus fere [illegible]
septimo id. decemb. In quo loco exuberant beneficia dni & saluatoris
nri ihu xpi [illegible] ad laudem & honorem
dni nri ihu xpi qui semp fidelib; dat palmam uictorie. cui est
imperium. honor regnum in secula seclorum. amen.